

cum differentia i gustatu nō sit. Troezeniū uinū qui bibunt negant generare. Thasios duo genera ni diuersa facere prodit. Vnū quo somnus conciliat: alter uero quo iugēt. Apud eosdē uitis theriace uocat cuius: & uinū & uua cōtra serpentiū ictus medet. Libaneos thuris odore: ex quadiis proliat. E diuerso spendios dānata a feris. Ferūt eā nec ab alite ulla attingi. Thasiam uua aegyptus uocat apud se prādulcē q̄ soluit aluū. Est cōtra in lycia quā solutū firmat. Aegyptus & ecbolinā habet abortiuos facientem. Vina in apothecis canis ortu mutant quādā: postea restituntur sibi. Sic & maris nauigio: cuius iactatus iis quā durauerint tantum uetustatis adiicere sentitur: quantum habuerint.

Quibus uinis ad sacra uti fas non sit: & quibus generibus musta condiantur. Cap. xix.

**E**t quoniam religione uita constat: proliare diis nefastum habetur uino prāter iputare uitis fulmine tacta: quāq; iuxta hominis mors laqueo pependit: aut uulneratis pedibus calcata: & quod circūcis uinaceis profluxerit: aut superne decido immūdiore lapsu aliquo polluta. Item grāca quoniā aquam habeat. Vitis ipsa quoq; mandis decoctis caulibus summis: qui & condiunt in aceto ac muria. Verum & de apparatu uini dixisse cōueniat: cū grāci priuati ea pcepta tradiderint: artēq; fecerint: sicut Euphronius & Aristomachus & Coniades & Hicesius. Africa gypso mitigat asperitatē: necnon alicuius sui partibus calce. Grācia argilla aut marmore: aut sale: aut mare lenitatē excitat. Italia in parte aliqua rabulana pice ac resina. Cōditur musta uulgate est: ei pro uitiisq; finitimis. Anni prioris uina non nusq; face acetoue condiunt. Necnon & ex ipso musto fiunt medicamina. Decoquit ut dulcescat portione uiriū. Nec durare ultra annuū spaciū tale proditur. Alii quibus in locis decocuit ad sapa musta: infusiq; iis ferociā frangunt. Et in hoc tamen genere & in oī alio subministrant uasa ipsa cōdimentis picis. Cuius faciendā ratio proximo dicetur uolumine.

De picis generibus: & resinis: & mustis condiendis: & de aceto & face. Cap. xx.

**A**rborum succo manatiū picem resinamq; alia ortā in oriente: alia in europa ferunt. Quae inter est asia utriusq; quādam habet in oriente optimam tenuissimamq; terebinthi suadū. Deinde lentisci: quam masticen uocant. Postea cupressi acerrimam sapore. Liquidam omnes & tantum resinam. Crassiorē uero & ad pices faciendas cædrus. Arabica resina alba est: acri odore difficilis coquēti. Iudaica callosior: & terebinthi quoq; odoratior. Syriaca attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes. Est autem melleo colore carnosā. Colophonia prāter cæterus fulua: si teratar alba fit. Grauior odore. Et ob id non utuntur ea unguentarij. In asia quae fit epicea admodum cādida spargos uocatur. Resina omnis dissoluitur oleo. Quidam & creta figularum hoc fieri arbitrantur. Pudetq; confitēti: maximum iam honorem eius esse in euellendis a uitorum corporibus pilis. Ratio autem condiendi musta in primo seruore qui nouem diebus cum plurimum peragitur aspersu picis: ut odor uino contingat: & saporis quaedam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinā: excitariq; lenitatem. E diuerso crapulam compesci: & feritatem nimiam: frangi: uirus, aut ubi pigra lenitas torpeat: uirus addi. Liguria maxime circumpadanisq; mustis utilitas discernitur hoc modo pugnacibus mustis crapulae plus inditur: lenibus parcius. Sunt qui & ex nitro quoq; cōdiri uelint. Necnon alia aequae multiplici natura. Vitiumq; musto quibusdam in locis iterum sponte feruere: qua calamitate cum deseruit deperit sapor: uappaq; accipit nomē probrosum etiam hominū cum denegauerit animus. Acetis, n. nequitia inest uirtus magnos ad usus: & sine quis uita mitior degi non possit. Cætero minor medicaminis tanta cura est: ut cinere apud quosdam ceu gypso alibi quibus diximus modis instaurent. Sed cinerē e uitis sarmentis aut quercu praferunt. Quin & marinā aquam eiusdem rei gratia ex alto peti iubent: seruariq; ab aequinoctio uerno: aut certe nocte solstitio & aquilone flante hauriri: uel circa uindemiā si hauriat decoqui. Pix in italia ad uasa uino cōdendo maxime probatur brutia. Fit e picea resina. In hispania at e piceastris minime laudata. Est, n. resina harū amara & arida & graui odore. Differentiā rationēq; faciendi proximo uolumine demonstrabimus inter arboresferas. Vitia prāter supradicta acor: aut sumidū uirus: aut picis adustio. Experimentū uero si fragmenta sabluceant ac sub dente lentescat acore iucundo. Asia picem idicā maxime probat: grācia piericā Virgilius naritiā. Diligentiores admiscēt nigrā masticem: quae in ponto bituminis similis gignitur: & irys radicem oleūq;. Nam cārā accipientibus ualis cōpertum est uiua accescere. Sed transferre in ea uasa in quibus acetū fuerit utilius: q̄ in ea in quibus dulce: aut mullum. Cato iubet uina concinnari: hoc enim uti uerbo: cineris lexiui cū defurto cocti parte quadragesima pulegii uel salis sesquilibra. Interi & tuso marmore. Facit & seulpturis mentionē. Resinā uero in nouissimis. Super oīa addi maturescēte iam uino iubet mustum: quod ille tortinū appellat. Nos itelligimus nouissime expressum. Et aduici mustis tingendi gratia coloris: ut pigmentū aliquod uini. Atq; ita pinguius fieri. Tot ueneficii placere cogitur. Et miramur noxia esse: In uitiū inclinantis. Experimentū est laminā plumbeā mutatus in eocolos. Propriū autem inter reliquos liquiores uino mucescere. aut in acetum uerti. Extantq; medicinae uolumina & sax uini siccata recipit ignes: ac sine alimento per se flagrat. Cinis eius nitri naturam habet: eisdemq; habet uires. Hoc amplius quo pinguius sentitur.

Epargos  
an plegas

Nec esse  
aliam q̄ in  
multa pi-  
ce naturā

iusda